Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Emitte lucem tuam et veritatem tuā domine ic
Si quamplurima beatissime pater in ueram cō
mendationem beatitudinis et sanctitatis beati
leopoldi viri vtiq; iusti. pij illustrissimi atq; glo
riosi. quondam austrie principis plene in pro
cessibus omnibus. super eius futura solemni canonisatione
celebratis canonice deducta et prolata existant. Verūtā
ut compendiose clare et in summa brevitate omniaq; cla
rius elucidentur. et singula cunctis pulam facilius innote
scant. illa sub decem infra scriptis precipuis fundamētis
magistralibus concludere statui. iuxta ordinem compen
diosum consuetum. subiciens tamen ea omnia emendationi
et censure vestre excelse beatitudinis. ac reverendissimorū
dominorū et patrum omnium quorū quomodolibet interest ic
supplicans humiliter devote ac pie vt rem hanc equidem
iustissimam dignentur susstipere nō vulgariter commendata.
Primū igitur fundamentum per me cōsideratū et notatū
est. multiplex et superabundans instancia supplicantium.
Gravium temporum mora studiose expectata.
Solemnis inquisitio generalis canonice commissa et prebabita.
Diligentissima specialis inquisitio subsequuta
Preclarissima cōtinua huius beati leopoldi vite sanctimonia.
Conausus omnium ad canonisationem requisitorum.
Fama celebris et gloriosa inveterata et perseverans.
Devotio pia populorum ad eum semper excrescens.
Multiplex fructus in ecclesia catholica subsequturus.
Multorum verorum miraculorum diuturna coruscatio.
INsignem pietate virum beatum leopoldum genere
moribus ac omni humana gratia illustrem. ab omni
potenti deo electum et inscriptum in eternitate. beatis
sime pater supplicant et postulant in cathalogo sanctorum
assciribi omnes infrascripti principes et prelati. viriq; reli
giosi. affectantes deum ipsum eternum gloriosius in
suis sanctis collaudari. diuinumq; cultum in partibus
australibus magis ac magis auxeri. necnon et populorum
devotionem et fidem in sacris votis peramplius multipli
cari. atq; operibus pnis laudabiliter imitari atq; cōsuluri.
Humiliter quoq; tuam beatitudinem deprecantes. que re